Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tanto quod erat situm in uemore
fecit quoq; rex solium eburneum sta
re et uestiuit illud auro mundissimo. sex
quoq; gradus ascendebant ad solium
et scabellum aureum et brachiola duo
altrinsecus et duos leones stantes iuxta
brachiola. Sed et alios xii leunculos
stantes sup sex gradus ex utraq; parte
non fiunt tale solium in uniuersis reg
nis. Omnia quoq; uasa domus regis
erant aurea et uasa domus saltus li
bani erant auro purissimo. Argentum enim
in diebus illius pro nichilo reputaba
tur. Siquidem naues regis ibant in
tharsis cum seruis hiram semel tria
nis tribus et deferebant inde aurum
et argentum et ebur et simias et pauos
Magnificatus est salomon super
omnes reges terre prediuitiis et gloria
omnes qui uiri terrarum desiderabant
faciem uidere salomonis ut audirent
sapiam quam dederat deus in corde eius
et deferebant ei munera et uasa ar
gentea et aurea et uestes et arma et
aromata et equos et mulos per singu
los annos. Fuit quoq; salomon xl.
milia equorum in stabulis et curru
equitum xii milia. constituit eos
in urbibus quadrigarum et ubi rex
erat in urbe. Exercuit etiam pre
rem super omnes reges a flumine euffra
te usq; ad terram philistinorum et usq;
ad terminos egypti. tantamq; copiam
prebuit argentum in ierusalem quasi lapi
dum et cedrorum tantam multitudi
nem uelut sicomorum que gignunt
in campestribus. Adducebant autem
ei equi de egypto et de cunctis regionibus

Reliqua uero opera salomonis pri
orum et nouissimorum scripta sunt in
uerbis nathan prophete et in libris
hahie silonitis in uisione quoq; addo
uidentis contra ieroboam filium na
bath. Regnauit autem salomon in ie
rusalem super omnem israel xl annis. dormiuit
que cum patribus suis et sepelierunt eum
in ciuitate dauid. regnauit roboam
filius eius pro eo. X

Profectus est autem roboam
in sichem. illuc enim cunctus
israel conuenerat ut constitu
erent eum regem. Quod cum audi
isset ieroboam filius nabath qui erat
in egypto. fugerat quippe illuc ante
salomonem et statim reuersus est. Vo
cauitque eum et uenit cum uniuersa
israel et locuti sunt ad roboam dicentes.
pater tuus durissimo iugo nos con
pressit tu leuiora imperia pre tuo
qui nobis grauem imposuit seruitu
tem et paululum de honere sub
leua ut seruiamus tibi. Qui ait
post tres dies reuertimini ad me. Cumque
abisset plus iniit consilium cum sen
ibus suis qui steterunt coram patre
eius salomone cum adhuc uiueret
dicens. Quod datis consilium ut
respondeam populo. qui dixerunt ei si pla
cuerit populo huic et leuieris eos uerbis
clementibus seruient tibi omni tempo
re. At ille reliquit consilium seniorum et
cum iuuenibus tractare cepit. qui
cum eo nutriti fuerant in comitatu
tu illius. Dixitque ad eos. Quid uo
bis uidetur. uel respondere quid de
beo populo huic qui dixit mihi sublenia

249